



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

§. 7. Regnum Portugalliae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

§. 6. *Regnum Murcianum.*

DIU quoque hæc Regio Mauris paruit : sed tandem arce Murcianâ Alphonso Infanti redditâ sæculo 13. Castellæ adiunctum est, cum Mauros agnouisset dominos annis 500. Nunc proregem habet; laudatur ob mala citrea, aurea, punica, & faccarum, vinumque totius Hispaniæ generosissimum.

§. 7. *Regnum Portugallia.*

ORIGINEM habuit in Henrico è regia Capetorum familiâ, cui ob fortitudinem in bello Maurico Alphonsus VI. filiam suam Theresiam dedit, & dotis nomine quidquid in Portugallia, & Galiciâ Mauris eripuerat sub nomine Comitatus clietelaris sæculo Christi vndecimo. Sed eius filius ab indigenis Rex proclamatus est. Periit Regum horum profapia Sebastiano in Africa infeliciter cæso, de cuius hereditate dum plures iure disputât, rationibus suis Philippus Rex Hispaniæ arma coniunxit, & sibi causam adiudicauit. Hisce temporibus in Ducem Bragantiæ iterum à Castellano distractum est. Tota Regio miræ fertilitatis, atque etiam Orienti alendo penè par. Incolæ magni animi, & religiosissimi Indiarum domitores. Equos velocissimos hæc regio sufficit, vnde fabulæ locus de Equabus ex vento concipientibus. Dictam esse volunt à Portu Gallorum vt Marinæus & alij. Melius ab vrbe *Porto* quæ apud Antoninum *Portus Cala & Calen* appellatur.

§. 8. *Regnum Algarbia.*

A Mauris sic dictum quasi *Campus fertilis*. Concessum est Alphonso tertio per Alphonsum Sapientem in dorem Beatrici filix, & Dionysius ab iis susceptus se Regem Portugallix, & Algarbiæ dixit. Regio vberissima, & portuosa, littus piscibus refertissimum.

§. 9. *Regnum Aragonia.*

TEMPORE Garcia Inigo Nauarræ Regis, Comites Aragoniæ succreuisse dicuntur. Et eorum primus creditur Aruasius, qui ob